Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



resurrexisse credimus. sed utrum redierint
in terre puluerem certum non habe
mus. nisi quod legimus quia multa
corpora sanctorum qui dormierant sur
rexerunt. ac uenerunt in sanctam
ciuitatem scilicet iherusalem. et apparu
erunt multis. De quibus profecto
non nulli doctorum senserunt etiam
et in suis reliquerunt scriptis. quod
iam in illis perpetua sit completa re
surrectio. Fatetur enim quod ueri
testes non essent. nisi et uera esset
eorum resurrectio. Unde et beatus
petrus dixisse legitur cum de dauid
loqueretur in testimonium. et sepul
chrum inquit eius apud nos est. qua
si non sit ausus dicere. quasi non
sit ausus dicere. quod ipse aut
corpus eius apud nos est. sed tantum
sepulchrum eius quo conditus fuerat.
Hinc aiunt resurrexisse et ipsum cum
ceteris sanctis. et ideo uacuum remansis
se. mausoleum. utinam beate me
morie marie cernitur. Quod
sane factum. et de aliis quibuslibet
locis scripturarum firmare conantur.
quod huiam cum xpo regnent cum

in eterna societate. Quod quia
deo nichil est impossibile. nec
nos de beata maria factum
abnuimus. quamquam propter
cautelam salua fide. pio magis
desiderio opinari oporteat.
quam inconsulte diffiniri. quod
sine periculo nescitur. Unde de
his ex quibus certi sumus tantis perlo
quamur. ad exhortationem
uram qualicumque sermone ad
edificationem et laudem nominis
dei. ut et religio conseruetur.
pro famulatu. et deuotio augeatur
pro affectu. Quoniam hec est uirgo
sola que interemit uniuersam
hereticam prauitatem. sola sit
post dominum. que nos confirmet
in omni ueritate. suisque commendet
meritis. et precibus auxilietur. ut
et ipsi digni inueniamur. in
eius laudibus. Quod si queritur post
ascensionem domini quid egerit.
unum pro certo est. quia uirgo sancta
corpore ac mente permansit. Quam
sane angelus gabrihel ac sicelestis
paranimphus intactam custo